



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1856

CXIV. Herzog Rudolph von Sachsen bekundet, dem Kloster Lehnin das Dorf
Töplitz auf der dem Kloster schon längst gehörigen gleichnamigen Insel
verkauft zu haben, im Jahre 1321.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54716)

quelibet aut angarias presumat imponere uel audeat quomodolibet extorquere: pro qua inquam confirmatione et donatione predictus dominus Theodericus abbas in Lenin et suis conuentus nobis ducentas marcas argenti Brandenburgensis et ponderis benivole in recompensam largiendo tribuerunt. Vt autem hec nostra confirmatio et donacio perpetuis temporibus rata et inconuulsa permaneat, et a nostris non infringatur successoribus; presentes litteras munimine nostri sigilli cum testium subscriptione duximus firmiter roborandas. Testes huius rei sunt Heinricus de Kokeritz, Thidericus de Gréptitz, Loferus, Giese de Sticken, Hinricus de Rochowe, Henning Quartir, milites nostri: Dominus Ciriacus decanus in Acken, Thidericus noster Protonotarius et quam plures alii, quorum fides nullatenus est neganda. Actum et datum Belitz, Anno incarnationis domini M^o CCC^o XXI^o in die Vincentii martyris gloriosi.

Aus Seidel's handschriftl. Urkunden-Sammlung.

CXIV. Herzog Rudolph von Sachsen befundet, dem Kloster Lehnin das Dorf Töplitz auf der dem Kloster schon längst gehörigen gleichnamigen Insel verkauft zu haben, im Jahre 1321.

In nomine domini Amen. Nos Rodolphus, dei gracia dux saxonie, angarie, Westfalie, Comes in Bren, necnon burgrauus in magdeburch, Tenore presentium recognoscimus ac publice protestamur, quod in insula topeliz, cuius proprietatem ad conuentum et ecclesiam Lenynensem de certo iam dudum scimus pertinuisse et adhuc pertinere recognoscimus, villam in eadem insula sitam, etiam Topeliz dictam, quam villam hennygnus dictus de Grobene, ab arnoldo milite dicto fac pro pecunia sua comparauerat, cum omnibus prouentibus et redditibus plene exoccupauimus, facta tamen resignatione predictorum bonorum omni ab eodem hennigno de Grobene ad manus nostras, pro eisdem bonis eidem hennigno alia bona alibi assignantes, que bona iam dictam uidelicet Topeliz cum omnibus prouentibus et redditibus domino Theodorico abbati Lenynensi et suo conuentui libera nomine nostro et heredum nostrorum omnium rite uendidimus et dimisimus, dedimus atque donauimus ac presentibus donamus, Recipientes pro fructu quolibet decem marcas. Quam summam pecunie predictos domnum abbatem et conuentum suum dedisse et nos ab eisdem recognoscimus plenarie recepisse. Vt igitur hec posteris liqueant et inconuulsa permaneant, sigilli nostri appensione munimus honestorum virorum testimonio corroborantes, quorum nomina sunt hec: fredericus, henricus, filius eius, et albertus milites dicti de aluenfleue, otto miles dictus de Scenkendorp, Dominus nycolaus de Bernowe prepositus, Thidericus prothonotarius noster et alii quam plurimi fide digni. Actum et datum anno M^o.CCC^o.XXI^o.

Aus dem Originale des Ges. Staats-Archives.